

3609 basis marmorea. Tibure. *Serve per piedestallo di una delle statue egittiche poste nella piazza di S. Lorenzo MARZI.* Extat eodem fere loco, *piazza dell' olmo*, prope portam minorem ecclesiae cathedralis una cum n. 3657 (statuae artis Aegyptiacae quas olim utraque basis sustinebat sub Pio VI pontifice cesserunt museo Vaticano).

Est Giacchino Grassi baldi

Q · POMPEIO · Q · F · QVIR · SENECON  
 ROSCIO · MVRENAE · COELIO · SEX ·  
 IVLIO · FRONTINO · SILIO · DECIANO  
 C · IVLIO · EVRYCLI · HERCVLANEO · L ·  
 5 VIBVLLIO · PIO · AVGVSTANO · ALPINO  
 BELLICIO · SOLLERTI · IVLIO · APRO ·  
 DVCENIO · PROCVLO · RVTILIANO ·  
 RVFINO · SILIO · VALENTI · VALERIO ·  
 NIGRO · CL · FVSCO · SAXAE VRYNTIANO  
 10 SOSIO · PRISCO · PONTIFICI · SODALI ·  
 HADRIANALI · SODALI · ANTONINIANI · sic  
 sic VERIANI · SALIO · COLLINO · QVAESTORI ·  
 CANDIDATO · AVGG · LEGATO · PR · PR · ASIAE  
 PRAETORI · CONSVLI · PROCONSVLI · ASI p. C. 169  
 15 AE · SORTITO · PRAEFECTO · ALIMENTOR ·  
 XX · VIRO MONETALI · SEVIRO · PRAEF ·  
 FERIARVM · LATINARVM · Q · Q · PATRONO ·  
 MVNICIPII · SALIO · CVRATORI · FANI · H · V ·  
 S · P · Q · T

Contuli. Habet primus Marzi I p. 63, II p. 54 (ex hoc Crocchante p. 5); deinde Gudius ms. 494, 1, ed. 136, 5; Spon *voyage* (ed. Amst. 1679) p. 344, miscell. p. 189 (inde et ex Marzio Vulpi Lat. 10 p. 99); Chaupy *maison d'Horace* 2 p. 384; Sebastiani p. 143; Henzen ann. inst. arch. 1844 p. 47 ad exemplum Borghesii recognitum a Brunnio. Orelli 2761.

9 vocabuli VRYNTIANO primam litteram ego non agnovi.

Est consul ordinarius anni 169, defunctus anno 180, teste titulo urbano quem ipsi posuit pronepos Corp. VI n. 1490. Eius praeterea habemus titulos Tarracinensem Corp. X n. 6322 et Campanum Corp. X n. 3724, in quibus appellatur Q. Pompeius Q. f. Senecio Sosius Priscus. Ad patrem eius pertinet titulus Tarracinensis Corp. X n. 6321, ad matrem titulus Samius Eph. ep. V p. 624 n. 1465, ad filiam Cirtensis Corp. VIII n. 7066 (ubi adscriptum est familiae stemma); pronepotis videtur esse Gabinius supra editus n. 2803.

3610 cippus statuae METELL.; nunc non extat nisi frons desecta. In quodam marmore vetustissimo nuper invento apud Sanctum Paulum Tibure ANTIQVVS (Maruc.). Tibure ante fores S. Pauli SAR. [Romae ante fores d. Pauli MAZ.], pro templo S. Pauli VOLATERRANVS. In aede S. Pauli IVC. cum aliis. In Pauli *nella facciata METELL.*, *affissa all'angolo della chiesa di S. Pavolo DEL RE.* *Questo marmo hoggi è in casa dell'autore MARZI.* In aedibus Marziorum viderunt SVAR. LVP. VVLP. Extracta ex domo Marzi et in Clementinum museum translata MAR. (Vat. 9125 f. 146). Est Romae in museo Vaticano (*Gall. lap. Dii I*).

C · POPILIO · C · F · QVIR · CARO  
 PEDONI · COS · VII · VIRO · EPVLON  
 SODALI · HADRIANALI · LEGATO  
 IMP · CAESARIS · ANTONINI · AVG  
 5 PI · PRO · PR · GERMANIAE · SVPER · ET · EX  
 ERCITVS · IN EA · TENDENTIS · CVRATORI  
 OPER · PVBLICOR · PRAEF · AERARI · SATVR  
 CVRATORI · VIAR · AVRELIAE · VETERIS · ET  
 NOVAE · CORNELIAE · ET · TRIVMPHALIS  
 10 LEGATO · LEGIONIS · X · FRETENSIS  
 A CVIVS · CVRA · SE · EXCVSAVIT · PRAETORI  
 TRIBVNO · PLEBIS · Q · DIVI · HADRIANI · AVG  
 IN OMNIBVS · HONORIBVS · CANDIDATO  
 IMPERATOR · TRIB · LATICLAVIO · LEG · III  
 15 CYRENEICAE · DONATO · DONIS · MILI  
 TARIBVS · A DIVO · HADRIANO · OB  
 IVDAICAM · EXPEDITIONEM · X · VIRO  
 STLITIBVS · IVDICANDIS · PATRONO  
 MVNICIPII · CVRATORI · MAXIMI · EXEMPLI  
 20 S E N A T V S · P · Q · T I B V R S  
 OPTIME · DE RE · PVBLICA · MERITO

Descripsit Henzen. Antiquus n. 4 (Ham. f. 61', Maruc. f. 4, Redian. f. 124; ab eodem pendent etiam Bononius qui putatur cod. Ottob. 2967 f. 63'; Sanutus cod. Ver. f. 24); P. Sabinus qui nobis dicitur Chis. f. 126 (inde pendent Sieder Mut. f. 31'; Lilius Helmst. f. 122'; Rambertus Pat. f. 140; Mazochi f. 15'); Iucundus Ver. f. 131, Magl. f. 407' (inde Alciatus cod. Feae f. 96'); Ferrarinus Reg. f. 128; Raphael Volaterranus commentariorum urbanorum (1506) lib. 18 f. 257; Brunelleschi f. 68; Leoncini f. 5; Mancini apud Metellum f. 344 et apud Pighium f. 4; Metellus Vat. 6040 f. 63'; Pighius cod. Luzac. p. 172; Morillon Amst. f. 20; Smetius ms. Neap. p. 149, ed. 78, 6 ab aliis; Ligorius Bodl. f. 129', Neap. lib. 35 p. 186, Taur. vol. 20 f. 8 et vol. 26 f. 138'; Fabricius antiq. lib. I c. 5 de visu puto refert vv. 8. 9; Panvinus Vat. 6035 f. 128, Roma p. 115, qui partes adfert vel citat in libris Veron. p. 55, Rom. p. 604. 606. 823, fast. ad a. 867 (ex Panvinio vv. 1—9 Bosius *Roma sott. ed.* 1650 p. 137); Manutius orth. 619, 12 (inde Nicodemus p. 107 lib. 4 cap. 9; Marzi I p. 50, II p. 84; ex Manutio etiam Antonius del Re ms. Barb. cap. IX, sed is vidit et correxit); codex Ottob. 2970 f. 25; Gruter 457, 6 qui praeter Smetii et Panvini libros adhibuit schedas Sculteti; Suaresius Vat. 9140 f. 209; Lupi Vat. 9143 f. 16; Vulpi Lat. 10 p. 97; Cabral et del Re p. 8; E. Q. Visconti cod. Paris. Lat. 9697 f. 105; Marini ms. Vat. 9124 f. 244, idem Vat.

9125 f. 146 correxit exemplum scriptum manu ignota; Kellermann vig. n. 247. Henzen n. 6501.

2 REDONI Antiquus, CEDONI Iucundus Metellus Smetius; recte PEDONI praeter alios Volaterranus et Ligorius. — 14 IMPERATORI Manut. — 19 TEMPLI pro EXEMPLI Morill. Manut. — Ligorius ms. Taur. vol. 18 partem huius inscriptionis cum clausula ficticia proposuit sic: *c. popillio. c. f. quir | caro. pedoni | cos. VII. vir. epulon | curator. operum | public. praefec | aerar. saturni | curator. viarum | latin. veter. et. avel. | l. antius. III. vir. viar | per. agen. fac. coer.*

Popilium Pedonem consulem suffectum fuisse volunt a. p. C. 148; curator operum publicorum fuit a. 150, teste titulo Corp. VI n. 855. Post positum hunc titulum Tiburtinum provinciam Asiam pro consule obtinuit, testibus titulis Ephesinis citatis a Waddingtonio *fastes des prov. asiat.* n. 147, qui proconsulatum eum adtribuit anno 160/1. — V. 19 significatur puto cura fani Herculis Victoris.